nti Prussiarum regni memoriam anniversariam

die XVIII. Jan. MDCCCXLIV.

in 1844

auditorio maximo

celebrandam

indicunt

Prorector et Senatus

Academiae Albertinae.

Lobeck



44.

Regiomonti Borussorum,

typis Academicis Hartungianis.

Conditi Prussiarum regni memoriam anniversariam

die XVIII. Jan. MDCCCXLIV

in

auditorio maximo

celebrandam

indicunt

Prorector et Senatus

Academiae Albertinae.



Regiomonti Borussorum.

Typis Academicis Hartungianis.

De nominibus Graecorum verbalibus

dissertatio prima.

C. I.

Expositis alio tempore verborum graecorum generibus causa postulat ut nomina ab unoquoque genere propagata recenseamus observato et declinationum ordine et terminationum, ac praecipue ea quae omnia praesentis usitati elementa, nec plus minusve exhibent.

§. 1. Hanc viam ingredientibus statim occurrit vox ad ordiendum auspicatissima ἀή sive aeolicum ἄα aurora Musis amica, cujus genitivo ἄας Boeoti, ut Lexicographi docent, adverbii loco usi sunt pro εἰς αὔριον ut ἔνας εἰς τρίτην, eundemque casum Zenodotus Homero obtulit Il. VIII. 470. pro ἠοῦς scribens ἄας h. e. ἅμα ἡμέρᾳ. Id funditus repudiatum est magis quia ab Homeri sermone abhorret quam quo proportionis ratione careat; nam ut Schol. Oppian. Hal. I. 154. et Eustathius 1848. 36. nomen ἠώς ab ἄω sive αὔω τὸ λάμπω dictum putant, ita credi potuit ab eodem verbo ἀή extitisse et aeolicum αὔα, quod EM. affert. Ad αὔω τὸ φωνῶ pertinet Ἀΰα ἡ φωνή Hes. Idem affert Δάη ἡ μάχη cui officit paragogum δαΐς καὶ δηΐς πόλεμος καυστειρός παρὰ τὸ δαίω Eust. 829, 62. Sed Ῥέας ῥεύματα Hes. suspiciosum facit enallage vocalis, qua nullum verbi ῥέω inclinamentum contingitur. Ab obsoleto γάω, cujus formam repraesentat perfectum γέγαμεν, non γάα processit sed γέα sive γῆ ab Hesychio restitutum et eadem transmutatione vocalis nativae μυέα sive μυεία a μυάω cf. Prolegg. 45. et θέα a θάω, unde duplex derivatorum flexus θεάομαι et θαέομαι v. Buttmann. Gramm. II. 196. De genitivo nominis defectivi ἐάων notum est quanta opinionum dissensione

certatum sit; id Goettlingius ad Theog. 664. nominativo *ἔη* subjicit eamque vocem a verbo substantivo ductam omne quod est in rerum natura significare statuit; quod si ita se habet, *ἔη* idem valet atque *οὐσία, τὰ ὄντα*. *'Ορσύδρα ὑδροχέα* Cram. II. 24. Trisyllabum unum est *ἀλέη ἢ ἔκκλισις* ab *ἀλέομαι* vel *ἀλεύομαι* subtracta vocali insiticia ut *ἀκοή ἐκ τοῦ ἀκούω* Arc. p. 103. Saepius autem vocalis in diphthongum abiit *γῶ γαῖα, μῶ μαῖα* EM. quae Philoxeni conjectatio, si non omnino hoc genus divinationis aspernatur, haud damnanda videtur. Cum [illegible] *χείω χείσω* Eustathius p. 1615, 35. comparat *χείω χείσω τὸ χωρῶ, ἐξ οὗ καὶ χειά*, et multo locupletior auctor Schol. Il. XXII. 93. *χειά ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι τὸ χωρῆσαι* [1]) quod Lehrsius de Arist. p. 146. inter Aristarchi periculose dicta refert. Verum tamen *Πρόχεα ἡ πρόφασις* Hes. haud aliunde repeti potest quam synonymon *προχάνη* hoc est a themate, a quo *χάος* et *χάσκω* aliaque hiandi et vacandi vocabula orta sunt. Sic etiam *ἀπὸ τοῦ χρέω γίνεται χρέα καὶ χρεῖα πλεονασμῷ τοῦ ι ὡς χρέος καὶ χρεῖος* EM. 814, 28. nec impedit Choeroboscus Cram. II. 227. *χρεία παρὰ τὸ χρέος;* nam neutrorum quoque, ut postea dicetur, origo verbalis. *Ἔνδεια* ab *ἐνδεής* derivatum est ut *ὑγιής ὑγίεια, εὐκλεής εὔκλεια*, quod EM. cum ille contendit, sed a verbo *δέω* simplex *δεία* Hesych. et quod Grammatici huic adjungere solent *λεία* doricumque *λαία* [2]) vergit in viciniam verbi *λάω* (*λαμβάνω*). Verborum quarti ordinis (nam tertius vacat) duo modo nominibus fingendis materiam praebuere, *ψίω ψιά* et *δίω Δεδείαι δειλίαι* Hes. quod *δεδίαι* scribendum est ut *δειδία νὺξ σκοτία* Suid. *παρὰ τὸ δεινόν* Eust. 1724, 1. ac si verum est nomen *ἡμέρα* proprie placidam significare v. Parall. 359. et mane bonum, consentaneum videtur noctem intempestam ab horrore denominatam esse *δειδίαν* ut nox terrifica Valer. Fl. V. 399. Verborum in *όω* desinentium quo major est raritas, hoc minus mirum nominum similiter terminatorum unum innotuisse *ζοή*; id enim a

---

1) Quae sequuntur verba *εἰς αὐτὸ γὰρ μηχανῶνται οἱ ὄφεις εἰς τὸ χωρῆσαι τὸ σῶμα ὥσπερ εἰς ἔλυτρόν*, rectius leguntur in EM. 809, 52. *εἰς αὐτὸ (αὐτὰ) ... χωρῆσαι τὸ σῶμα ὥσπερ εἰς ἔλυτρόν*, tanquam in vaginam, quod nomen ad vaco, vacuus, *χάσκω, χειά* inclinat cf. Prolegg. 155.

2) Utriusque similitudo suspectam reddit Hesychii glossam *Ἐπὶ λεία* / *ἐπὶ λῃστείαν*, sed literarum series tuetur.

ζέω declinatum esse, ὡς πνέω πνοή Scholiastae Eur. Hec. 1084. et Eust. 411. 1. nequaquam assentimur, sed ad ἀΐζω, cujus cum illo verbo societas fortasse nulla. Diphthongi exemplum suppetit unicum ἠχοιή, cui EM. 50, 10. ἀκοή praefert: καὶ γὰρ αἱ εἰς ΟΗ λήγουσαι βαρύτονα τὴν παραλήγουσαν ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς . . . ἔχει. Nec multo sextae vocalis; a thematico πύω nomen πύη . . . Aret. Diut. I. 9. πύη καὶ φθίσις, nam quod sequitur ἐμπύη . . . in codd. scriptum est . . ., et poeticum φυή. Duo alia producunt Grammatici δύη παρὰ τὸ δύω Eust. 1835, 57. et λύη ἀπὸ τῆς λύσεως Schol. Il. VIII. 240. sed illud temere effutitum, alterum dubitabile est quia λύσις nunquam dicitur pro στάσις. Ῥύα ex Aeliani loco quem notavi ad Phryn. p. 492. nunc sublatum est; Θυία proprium et appellativum ab aeolico θυίω ductum personam indicat; Ἠπύη· φωνή praebet Hesychius incertum an pro ἠπύς sive ἦπυς, nam quae cum ἠπύω consonant verba ἀλύω, ἀχλύω etc. a nominibus in ῡς orta sunt. Eorum quae EM. 26, 19. uno complectitur ambitu: ἀπὸ τοῦ ζῶ ζωή ὡς ἰῶ (ἰάω) ἰωὴ ἡ ἐκπεμπομένη βοή, θῶ τὸ καταβάλλω θωὴ ἡ ζημία, unum ζωή verbo ζώω ad amussim congruit; ἰωή onomatopoeticum est ut ἴα clamor, tertium ille ad θέω refert ut Eustath. 1441, 36. ἀπὸ τοῦ θέσθαι ἡ θωή, conjecturam ducens ex homerico loco σοὶ δὲ θωὴν ἐπιθήσομεν, in quo poeta παρετυμολογεῖν videtur. A verbis tamen ejusdem classis nata pro ε recipiunt ο, ῥοή, χοή, στοά *), vel diphthongum πνοιή, στοιά, neque ω assumitur nisi ante unam terminationem μος, θωμός, ζωμός. Nam στωά, quod Brunckius Aristophani supposuit, jam derelictum est. Ita praeter ῥώομαι ἐρωή superest unum illud ab Hesychio relatum Ἔυσωτρον εὐκύλιστον· σωὴ γὰρ ἡ ἐφορμὴ καὶ φορά, a σώομαι, cujus prima origo est σέω, σοῦς, σύσσοια.

§. 2. Hinc pergimus ad propagines verborum non purorum, ac primum eorum quorum stirps in liquidam insistit. Hic nihil aut ordine prius aut memoriae praesentius est quam βουλή, cujus synonymon Δήλη ἡ βουλή nisi Hesychius ex-

*) Si certo constaret νεὰ (?) et ποιμήν a πάω pasco derivata esse, στοά non ad στύω (στεῦμαι) referremus sed ad στάω.

citasset, in oblivione jaceret itidem ut *Δάλα λύμη* a *δήλομαι*. Non ultra Homerum descendit *πάλλα ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι* Eust. Perduravit vero *δειλή*, verbo ipso, cujus imperfectum *δείλετο* Aristarchus Homero redhibuit, pridem intermortuo; post eum increbuit *βδέλλα* vocali verbi *βδάλλω* leniter inflexa. Trisyllaba duo sunt hujus numeri: *ἀπειλή ἀπὸ τοῦ ἀπείλλειν ὅ ἐστιν ἀπείργειν* EM. 120, 51. cujus contrariam sententiam infra adscribam, et *ὀφειλή*, quod idem in Xenophontis libro de reditibus reperiri ait, sed hodie numeratur inter idiotismos scriptorum sacrorum. Verborum in $\overline{μω}$ exeuntium tanta est paucitas ut nemo mirari possit substantivorum exempla nobis deesse; nam *θέρμη* etsi accentus non officit quominus ab obsoleto *θέρμω* repetatur v. Parall. 394. tamen ut *ψύχρα* et alia hujusmodi adjectivo subnatum statui. Hoc plus materiae praebet litera huic proxima: *ἄνω ἄνη, ἀπὸ τοῦ κλίνω κλίνη* Choerobosc. Cram. II. 229. *φθίνα ἡ ἐρυσίβη* Hes. quasi tabes quaedam stirpium, a *πένομαι πεῖνα* vocali auctum, a thematico *γένω γενή*, a verbis in $\overline{υνω}$ *μύνη, ἄμυνα, εὔθυνα, αἰσχύνη* et novitium *ἀλγύνη*. Nec improbanda videtur sententia Sch. Lyc. 107. *Βύνη παρὰ τὸ δύνω τὸ κολυμβῶ* et ab eodem fortasse verbo denominata est *Δυναμένη* dea marina, licet aoristi *δύνασθαι* exempla desint. Haec excipiunt *αἶρα ἡ σφῦρα παρὰ τὸ αἴρω* EM. 38, 40. unde latina nomina aero et aerumna; *μαῖρα* canicula flammans *ἀπὸ τοῦ μαρμαίρω* Eust. 1131, 4. a *πείρω* perforo *πειραὶ κοπάνων* Aesch. Cho. 847. quod Blomfieldius cum *πεῖραι* confudit; *εἶρα ἡ ἐκκλησία παρὰ τὸ εἴρειν* Sch. Il. XVIII. 531. cf. Muetzell. de Theog. p. 112. sq. *δείρα τράχηλος διαίρεσις* Hes. a *δέρω* EM. *σειρά παρὰ τὸ εἴρω* Choerob. Cram. II. 260. *ἔθειρα ἐκ τοῦ ἐθείρω* ib. 201, 30. *ἀπὸ τοῦ πορφύρω πορφύρα* EM. 684, 10. ut *πλημμύρω πλημμύρα* quibus ob parem syllabarum numerum subjungo personarum vocabula *γέραιρα* et *Μέγαιρα*, Si praesens *ὄσφρομαι* satis constaret, non dubitarem huc referre *ὀσφρά* vel ut in cod. scriptum est *ὄσφρα* Achill. Tat. II, 38, 56. sed quia *ὀσφραίνομαι* evaluit, in omnes partes tutius videtur illud cum *μάθη* et huic similibus componere quae in proxima paragrapho allaturus sum. Verborum in $\overline{σω}$ exeuntium uni *ἀφύσσω* adaptatum est nomen *ἄφυσσα* haustrum; sed et *μέλισσαι αἱ ἱέρειαι* dictae videntur a propitiando *ἀπὸ τοῦ μειλίσσειν*. *Ὄσσα* veteres quidem magno consensu ab *ὄσσομαι* arcessunt: *Ὀττόμενος, ὄττα, ὠττευόμην* Anecd. Bekk. p. 55. *ὄσσεσθαι ἀπὸ τῆς*

ὄσσης, ἣν ἀεὶ ἐπὶ μαντείας τίθησι· τοιαύτη δὲ λέξις ἐστὶ καὶ ἡ ὄψ ὡς Διονύσιος Αἴλιος παρασημειοῦται, λέγων ὄπα τὴν κληδόνα καὶ ὀπεύεσθαι τὸ κληδονίζεσθαι. Eust. 964, 63. qui quum nomen verbo anteponit ordinem antiquitus fixum perturbat. Sed adversus haec enixe disputat Buttmannus, ὄσσα non praesagitionem significare sed vocem, neque ὄσσεσθαι dici pro ὀπτεύεσθαι. Cui quantum de Homero concedo, tantum abest ut utrique vocabulo diversa principia assignare sustineam; neque mihi persuadere possum aliud esse ὄψ quod vocem significat, aliud ὄψ quod visionem. Sed hanc quaestionem repono in illud tempus quo de vocabulis sensuum eorumque permutatione disserere constitui. Duarum consonarum sigmaticarum una verbo et nomini communis est: αὔξω αὔξη, nam τὰ εἰς ψη οὐχ εὕρηται Arc. 115. quo exterminatur ἀφεψή Aret. Cur. Acut. II. 6, 274. quod nec in codd. clare apparet nec sententiae satis aptum est; nam ἄφυξις potius quam ἄφεψις requiri videtur. — Nunc ad partes vocabo verba quae mutam habent, ac primum labialia: ἀπὸ τοῦ βλάβεται ἡ βλάβη γίνεται ὡς ἡ ἀπαχρυβή ἀπὸ τοῦ κρύβω καὶ καλύβη ἐξ ἀῤῥήτου θέματος τοῦ καλύβω Eust. 1732, 17. adde etiam τριβή et θλίβη, si hoc uno illo Galeni exemplo satis munitum est, quod secus videtur G. Dindorfio in Thes. tum praeterea στίλβη, λάμπη sive λαμπή, ἄρπη, θήπη (θάπαν φόβον Hes.) κνήφη de quo alibi dictum est, et oxytona γραφή, γλυφή, δρυφή (nisi ad δρύπτω pertinet) προυποστυφή Epist. Pyth. p. 56. ed. Orell. Ex numero gutturalium huc revocanda sunt στέγη, θήγη ἀκόνη Cyrill. Lex. (v. Albert. ad Hesych. s. Θήγη) addendum Thesauro addita clausula, nisi θηγάνη scripsit, unaque oxytona ἀνοιγή Joann. Chrysost. et multo antiquius ἀνωγή, tum deinceps βοσκή, διωκή (omiss. Th.) Ann. Comn. IX. 249. cui praeivit homericum ἰωκή, et ἀπὸ τοῦ ἐρείκω ἐρείκη Cram. II. 202. Eust. 1107, 60. non contra ut Schol. Aesch. Pers. 536. ἐρείκη φυτὸν εὔσχιστον ὅθεν καὶ τὸ κατερείκομαι γίνεται v. Prolegg. 322. In tertia quasi acie consistunt aspirata ἀρχή, εὐχή, ψυχή παρὰ τὸ ψύχω Cram. Epim. II. 425. μάχη, ἰαχή, στεναχή ab Aristophane scriptum Od. V. 83. cui Schol. Il. XXIV. 512. praefert στοναχή ratione inepta στενάχω στοναχή ὡς μένω μονή, λέγω λόγος, et syntheton κυνάγχη ut οἰνάνθη. A dentalibus ἄρδα, ἄζα, σχίζα, σπίζα, κνύζα παρὰ τὸ κνύζω Cram. I. 222. a quibus dissidet ὄζη apud Celsum, nisi ex uno medicorum ionicorum translatum aut a

librariis depravatum est ut interpretes suspicentur propter quandam sententiae repugnantiam; insuper λήθη et ὄθη. Sed pro πυθή, πεισμονή Hes. πυθαί corrigunt, cui accentus suppetiatur, series repugnat. Addo nunc [illegible] ἄνη ἀπὸ τοῦ λύω Eust. 725, 14. ἄνυη quod Hemsterhus. ad Schol. Ar. Plut. 387 percommode reponit in Hesychii loco pro ἀνυήσει [illegible] corrigens ἄνυσις, quo et Sophoclem usum putat, et inde repeti potest ἄνυην tanquam accusativus adverbialis ut πέραν. Idem Hesychius suppeditat Πέρα [illegible] conveniens aoristo ἔπετον. In extrema hujus regionis ora collocanda sunt κλαγγή, ἀλκή, [illegible], quibus quae respondent praesentia non leguntur quidem sed [illegible] analogiae [illegible] habent. Nec ab ea deficit ἄρπω, unde [illegible] ἅρπη [illegible] pendent atque [illegible] Ὄρπη Ἐρινύς et Ὄρπαξ θρασὺς ἄνεμος, quae [illegible] huc repetit. Ὄρπη σίδηρον ᾧ τὸν ἐλέφαντα τύπτουσι Hes. ἅρπη vocatur ab Ael. H. Anim. XIII. 22. In Epim. Cram. I. 47. ἅρπη et ἅρπυια ad ἁρπῶ referuntur, sed hoc [illegible] est [illegible] matis ut ἐργῶ pro ἐργάζω, illius vero typum sequitur aoristus asigmaticus [illegible] ut ἀπουράμενος.

Accentus rationem si quis a me reposcat fateor me solvendo non esse. Nam purorum numerus exiguus ac ne scriptura quidem omnium satis certa est. Non purorum nonnulla Arcadius diversitate originis distinguit: τὰ εἰς γη [illegible] ῥηματικὰ ὄντα ὀξύνεται ταγή, σφαγή· παρώνυμα δὲ βαρύνεται πάγη, [illegible], στέγη. Sed nihil rem adjuvat; nam oxytona illa ad aliud genus verbalium pertinent quod paullo post tractabo. Eorum vero quae a nominibus derivata dicit, primum πάγη certissime a verbo πήγνυμι derivatum est ut synonymum πηκτή; ideoque Arcadium non sic scripsisse puto sed ἄγη παρὰ τὸ ἄγος. Τρύγη a τρύξ procrevisse ut φρίκη a φρίξ concedi potest. Sed nihil causae est cur στέγη huc potius referatur quam ad verbalia ut σχίζα, κλίνη et alia plurima. Ut paucis dicam: regula erat generatim informanda τῶν παρωνύμων τὰ πλεῖστα βαρύνονται ἅτε ἐπὶ οὐσίας τάττεσθαι πεφυκότα, τῶν δὲ ῥηματικῶν ὅσα ῥηματικὴν ἔχουσι σημασίαν ἤγουν ἐπὶ πράγματος τάττονται, εἰ μὴ χαρακτὴρ κωλύοι, ὀξύνονται. Λέγω δὲ περὶ τῶν ἀπὸ ἐνεστῶτος βαρυτόνου παρηγμένων. Characteris observatio necessaria est propter ἄνη, quod et significationem actionis et formam praesentis ἄνω habet. Arcadius: τὰ διὰ τοῦ ανη δισύλλαβα βαρύνεται ἄνη, πλάνη, κνά-

νη [4]) Σάνη, quibus addenda sunt Κάνη, Κράνη, μάνη, σπάνη, δάνη, προχάνη. Hoc idem tacite significat Herodianus unum eximens φανή π. Μον. p. 18. τὰ εἰς ανη ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται — προσέθηκα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς διὰ τὸ φανή παρ' Ἡσιόδῳ οἱ πρόσθε φανὴν ἔντοσθεν ἔκευθον. Hoc lampadem seu facem designare videtur; φανή solemnium bacchicorum nomen est lampadodromiam ut arbitror significans et Φάναι promontorium Chii, vago utrumque in nostris libris accentu v. Vater. ad Rhes. 928. Interpp. ad Thucyd. VIII. 24. Illa diversam masculino φανός mensuram habent quamvis ab eodem fonte deducta; de postremo nihil constat. Προχανή in Callim. H. Cer. 74. oxytonum est sed Eustathius p. 723. 27. ἀπὸ τοῦ χαίνω προχάνη κατὰ τοὺς τοῦ Σοφοκλέους ὑπομνηματιστάς significans Schol. Rom. ad Antig. 80. ubi eodem modo scribitur et Eust. 1109, 40. p. 1178, 18. Ceterum hoc regulae non officit, quia non integram praesentis formam exhibet; αὔξη quomodo defendi possit postea dicetur; eorum quae semel inventa neque a Grammaticis exsignata sunt accentus in neutram partem valet.

§. 3. Haec quae absolvi nomina de prima verbi positione aut admodum nihil mutant aut perpaululum; reliqua longius ab ejus similitudine abstracta sunt vel restitutione verbi authypotacti ut ἁδή ἡδονή in cod. Arcad. 105. (omiss. in Thes.) δάκη, θανή Tzetz. in Mus. Rhen. T. IV. 9. (omiss.) λαβή, λάχη, μάθη, πάθη, ἐρυγή, τύχη, φυγή, προμολή, vel consonarum et vocalium mutationibus variis, quae ad duo revocari possunt genera, tropen et epenthesin, utramque bipertitam. Trope vocalium una legitima est qua ε, ut in perfecto medio fieri solet, in ο transit στροφή iota quod praesenti insitum est vel omisso φθορά, ἀγορά, vel retento στοιβή [5]), μοῖρα et ad hoc exemplum alia tam multa ut συναλιφή quod in Grammaticorum sermone tritum est [6]), approbari non possit, nec magis πείθη et ἀμειβή

---

4) Hoc aut ex alio canone huc translatum aut mendose scriptum est pro Κάνη.

5) Vitiosum στοίβη Theophr. H. Pl. VI. 1, 3. nuper correxit Wimmerus, Συντόνη σύντασις Hes. Vossius.

6) Ex magna exemplorum copia pauca attulit Blomfieldius ad Phot. Add. p. 688. (594. ed. Lips.) quid causae illi habuerint apparet ex Suida canone s. Ἀλείφατι — τὰ παρὰ τὸ ἀλείφω εἰ διὰ τοῦ π ἐκφέρονται, διὰ διφθόγγου γράφονται, ἀλείπτης — εἰ δὲ διὰ τοῦ φ, εἰ μὲν ὦσι σύνθετα, διὰ τοῦ ι πισσαλιφής, ἀνηλιφής, εἰ δὲ ἁπλᾶ, διὰ τῆς ει ἄλειφαρ, et ex supplemento Eustha-

in Hippocr. Diaet. I. 10, 637. T. I. a librario illatum. Semel ει in ου vertitur *κουρό*[7]) semel in ευ *εὐλή*, cujus cum verbo *εἴλλω* cognatio propemodum evanuit; nec minus insolens illa diphthongi ευ mutatio qua *σπεύδω* in *σπουδή* abiit ut Cretenses *ψούδια* dixerunt pro *ψεύδη* Phot. et *πεύθομαι*, si verum invenit Philoxenus EM. 678, 45.[8]) in *ποθή*. Nam alias corripitur more aoristi *φυγή*, *ἀναζυγή*, *διαζυγή*. Sed epsilon non mutant quae substantiam significant: *στέγη*, *σκέπη*, *πέρα* ab eodem themate ductum unde *πόρος*. A quatuor verbis, quae αι in penultima habent, oriuntur similia *χαίρω χαρά*, *μαίνω μάνη*[9]), *φαινώ φανή*, *χαίνω προχάνη*, sed ab eodem etiam *καταχήνη* et piscis nomen *χάννη* v. Jacobs. ad Aelian. 135. ut a *σαίνω* sanna. A *καίνω*, ut videtur, *κατακονή ἡ διαφθορά*, ad similitudinem verbi *κτείνω* delapsum. Ancipites e longis breves fiunt *ἄνη*, *τριβή*, *παραψυχή*, excepto substantiae vocabulo *κλίνη* et *ψυχή*. Consonantium trope posita est in attenuatione, qualis in aoristo et perfecto secundo obtinet. Itaque pro zeta succedit tenuior litera, aut gamma *σφαγή*, *κριγή* ut in derivatis *ἁρπαγή*, *ἁρμογή*, *ἰυγή*, *οἰμωγή*, aut delta *φραδή*, *κνίδη*, *σχιδή*, *κομιδή* ceteris memorabilius quia a numerosissimo genere verborum in αζω et ιζω exeuntium nihil simile nascitur. Pro σσ supponitur una gutturalium plerumque media *ῥαγή*, *σαγή*, *ταγή*, *περιφραγή*, *καταννυγή*, quibus respondent paragoga *ἀλλαγή*, *παταγή*, *τιναγή*, *χαραγή*, *ὀλολυγή*, *ἀμαρυγή*, sed et tenuis reperitur *φρίκη* (nisi paronymon est) *αἰκή ἀπὸ τοῦ αἴσσω ὡς φυλάσσω φυλακή*, *ὑλάσσω ὑλακή* Sch. Il. XV. 709. vel aspirata perfecti primi characteristica *πτυχή*, *παλαχή*, *ταραχή*, *ἀμυχή*, *ὀρυχή* quod posteriores etiam per gamma scribunt *ὀρυγή* sequuti declinationem nominis *ὄρυξ ὄρυγος*. Et tripliciter adeo variat verbi *ἀλύσσω* progenies,

---

thii p. 1561, 10. *τὸ ἄλειφα οὐ σύνθετον κατὰ τὴν συναλιφὴν διὸ καὶ φυλάσσει τὴν θεματικὴν δίφθογγον.* Sed *πισσαλιφής* scribitur ut *φονολιβής*, *ψυχολιπής* etc. *συναλοιφή* dicendum est ut *ἀλοιφή*, cujus scriptura nunquam dubia fuit: *τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ ο ἀντιπαρακείμενον ἔχουσι τὸ ι ἐγκείμενον, λογος, δορά, ἀλοιφη* Choerob. Cram. II. 175.

7) *Σιτόκουρος* et diverso accentu *ὑλοκουρός*.

8) Probabilius certe quam quod Eustathius posuit 1679, 12. *πόθος ἀπὸ τοῦ πείθω*.

9) Photius *Μάνην τὴν μανίαν· λέγουσι δὲ καὶ μάναν* scr. *μανὰν* ut *χολᾶν* etc.

ἀλύκη, ἀλυγή, ἀλυχή apud Hippocratem ejusque interpretes graecos. Prorsus vero solitarium est *μάζα*. Nam quod ap. Hesychium ante *Μᾶσσον* legitur *Μάζει καθαρίζει*, id et ordo literarum et interpretatio ipsa refellit; sed fingere hujusmodi verbum cogimur et huic simile *φύζω*, quia *φύζα* aliter non constat. Verborum in *σκω* exeuntium uni nomen accessit *διδαχή*. Quae duplex lambda habent, in nomina transire non possunt quin assumant omicron perfecti secundi lambda ad nativam simplicitatem redacto *βολή*, *στολή*, *ἐντολή*. Labialibus quae accessit dentalis rursus demitur: *κάπη παρὰ τὸ κάπτειν* Sch. Il. VIII. 434. *ῥιπή παρὰ τὸ ῥίπτω* Eust. 1591, 43. ut *ἐνίπτω ἐνιπή* sed hoc discrimine quod *ἐνίπτω* iota breve habere traditur, *ῥίπτω* longum, *καμπή*, *κοπή*, *τυπή* etc. sed et hic interdum reviresclt aspirata perfecti primi *θρύπτω τρυφή*, *ἁφή*, *βαφή*, *ῥαφή*, *ταφή*, *ῥιφή* a *ῥιπή* et mensura distinctum et significatione, *καλύφη* cortex EM. 87, 19. (omiss. Thes.) *περικαλυφή*, *κατακρυφή*, quod multis seculis antecedit verbo *κατακρύφω*, et ab alio capite *ἀποκρυβή* apud Eustath. 974, 16. et aequales v. ad Aj. 449. assumta media *καλύβη* a *καλύφη* significatione discretum. Sigma verbo infultum remittit *ἐπιμιγή*. Epenthesis vocalium rara est et uniusmodi *πεῖνα* a *πένομαι*, *κραυγή* a *κράζω*, consonantium duplex, una e verbi inclinamentis, quam naturalem appellabo, altera positiva ex consonis extrinsecus assumtis. Illam efficiunt literae quibus tres primae passivi personae distinguuntur $\overline{\mu}$, $\overline{\sigma}$, $\overline{\tau}$ — *φήμη*, *τιμή*, *ῥύμη*, v. Parall. 392. sq. — *ἄση*, *πεῖσα* Prolegg. 419. [10]) — *ἄτη*, *κοίτη*, *δύτή*, *ἑορτή*. Consona qua perfecta verborum purorum terminantur apparet in duobus *θήκη* et *μύκη ἡ μύσις* Galen. Gloss. Haec ut in verbalium ordine collocentur res et causa postulat; nec tamen sententia est Graecos quum haec ita fingerent animum semper ad certos verbi casus intentum habuisse sed modo commodioris distributionis causa aliud primae assignamus personae aliud secundae vel tertiae. Sunt enim alia quae originem quidem a verbis sed consonas non eas habent quibus tempora et personae discri-

---

10) EM. 605, 10. *ὡς παρὰ τὸ δόξω δόξα, οὕτω παρὰ τὸ νέω το κολυμβῶ νῆσσα*, vel potius a *νήχομαι* (*νήξ*) *νῆσσα*. Sic et cum *μύξω* (*ἀπομύξω*) convenit *μύξα*. In Herodian. Epim. 110. *πεῖσα ἡ τοῦ ξύλου* fortasse scribendum *Πεῖσα ἡ τοῦ Ὀξύλου*. Hic enim cum Elidem occupaverit, probabile est quosdam ei supposuisse filiam unde Pisam urbem denominatam dicerent.

minantur sed expletivas: *αὐδή, χλιδή — παῦλα, ζεύγλη, στήλη, φυλή — δάνη ἡ μερίς* (a *δόω* dano) *ζώνη, φωνή, φερνή — τρύπη, πόρπη — αὖρα, ψώρα* et duae dentalibus fulta *κνύζα* a *κνύω* et *μάθη* a *μαίω μαίομαι* unde *μάθος ζήτησις* et *μαθῶμαι ζητῶ* Hes. ubi fortasse conjunctivus ponendus *μάθωμαι* usurpatus alicubi pro *μάθω*.

§. 4. Haec et cetera, e quibus praesentis usu recepti imago non clare elucet, etsi ad professionem meam nihil pertinent, tamen praeteriri non potuerunt propter quasdam et derivationis difficultates et accentus, quae utrique generi communes sunt. Primum enim dubitari potest utrum *φρίκη* a verbo ortum sit an a nomine *φρίξ*, ut *ἑλίκη* ab *ἕλιξ*, *βλάβη* a *βλάβω* an a *βλάβος*, et *ἁφή δύναται καὶ ἀπὸ τοῦ ἁφῶ περισπωμένου γεγονέναι καὶ ἀπὸ τοῦ ἄφω (ἅπτω) βαρυτόνου* Suid. post *Ἀφασία*, quod quale sit, infra ad considerandum proponam. Et non minus controversiae est de accentu, in quo tractando plerique veterum ita versantur quasi summa rei posita sit in consequentia literarum. Sic saepissime Arcadius *τὰ εἰς κη φύσει μακρᾷ παραληγόμενα ἀσυνάλειπτα*[11] *βαρύνεται ἀρχόμενα ἀπὸ συμφώνου μὴ ποιότητα φωνῆς ἀλόγου σημαίνοντα, Γλαύκη, πεύκη, νίκη, φρίκη· τὸ δὲ ὠκή* (scr. *ἠκή*) *ὀξύνεται*. Et alio loco: *τὰ πρὸ τοῦ κ σύμφωνον ἔχοντα μὴ τὸ λ βαρύνεται κέκη* (scr. *κάκκη*) *λόκη* (*λόκκη*) *κρόκη ἡ ψηφίς*[12] *Δίρκη, Βάρκη, ἄσκη· τὸ δὲ ὁλκή καὶ ἀλκή ἔχει τὸ λ*[13]. Nec aliter Sch. Il. XIX. 26. *τὰ εἰς λη διφθόγγῳ παραληγόμενα ὀξύνεται αὐλή, ἀπειλή, ὠτειλή.* Verum hujusmodi praeceptis non modo ratio accentus non traditur sed ne nota quidem quae errare non patiatur, nisi vocabulorum specie et sono convenientium tam multa suppetant exempla ut characterem tonicum efficiant; qui praecipue apparet in verbalibus quae omicron habent *ἀντιπαρακείμενον* et epsilon *ἐγκείμενον στροφή, ποτή*[14] *κλοπή*, etc. quibus *πόρπη* non repugnat quippe significatione et epinthesi consonae exple-

---

11) Loquitur de synaloephe ultimae syllabae *σοκῆ*, non de contractione primae *Θρήκη*.

12) Id ex superiore canone huc furtim illatum est.

13) Hanc partem canonis evertunt *μάλκη, χάλκη, μέλκα*.

14) Schol. Od. V. 537. *ποτή δύναται καὶ ὑπὸ τὴν συγκοπὴν εἶναι καὶ ἀπὸ τοῦ πετῶ (πέτω) γεγενῆσθαι ὡς νέμω νομή, σκέπω (σκέπτομαι) σκοπή.* Illa non syncope dicenda erat sed apocope nominis *πότησις*.

tivae discretum, non quia a *πείρω* derivatum est ut Herodianus dicit [15]). In universum autem quae substantiam designant, ut *πόρπη*, ad barytonesin propendent, quae actionem ad oxytonesin. Idque semel observatum est ab Arcadio p. 105. *τὰ εἰς δη λήγοντα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους βραχεῖαν μὴ εἰς σύμφωνον καταλήγουσαν, εἰ μὲν οὐσίαν σημαίνει, βαρύνεται, πέδη, σίδη, κνίδη — εἰ δὲ κατὰ πράγματος τάσσοιτο, ὀξύνεται φραδή, κομιδή, χλιδή.* Quoniam vero actionis vocabula eadem verbalia sunt, consequitur ut haec eodem inclinent; id quod in uno quodam genere animadversum est a Schol. XV. 709. *τὰ εἰς κη λήγοντα φιλεῖ βαρύνεσθαι, ἑλίκη, ἐρίκη, μυρίκη, φοινίκη· τὸ μέντοι δίκη ὀξυτονήθη ἴσως ὅτι ῥηματικὸν ὑπῆρχε* et EM. 95, 50. *τὸ ἀνάγκη εἰ ἦν ἀπὸ ῥήματος (ἀνάσσω) ὀξύνοιτο ἂν ὡς στενάχω στεναχή.* Quos fines huic regulae statuerit, non apparet; Goettlingius vero ita loquitur ac si ad omnia pertinere putet; nam verbalia nulla numerat nisi oxytona de Acc. p. 154. p. 158. sq. Quod si omnibus vel certe plurimis confirmaretur exemplis, magna nos levaret difficultate. Jam diu enim quaeritur utrum nomina quae cum verbis perispomenis societatem habent, ab his derivata sint an haec ab illis. Illud defendunt EM. 225, 716. *σκηνή παρὰ τὸ σκηνῶ* et p. 225, 23. *ἀπὸ τοῦ γεννῶ γενή ὡς ἀπειλῶ ἀπειλή, εἰλῶ εἰλή (εὐλή) ὠνῶ ὠνή,* Arcadius p. 112. et Theogn. Cram. II. 148, 8. *τὸ φωνή ἀπὸ τοῦ φωνῶ, τὸ ὠνή ἀπὸ τοῦ ὠνῶ,* et Regg. Pros. n. 19. p. 425. *ἧσσα ἐκ τοῦ ἡσσῶ, πεῖνα ἐκ τοῦ πεινῶ.* Ab altera parte stát Choeroboscus in Anecd. Bekk. 1137. *τὰ περισπώμενα ἔχουσι τὸ θηλυκὸν προϋπάρχον τρυφή τρυφῶ, ὁρμή ὁρμῶ,* et Theognostus secum discors l. c. p. 95. *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς η θηλυκῶν γινόμενα ῥήματα δευτέρας γίνεται συζυγίας ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* [16]) *βοή βοῶ, τεχνή τεχνῶ, ἀγάπη ἀγαπῶ, μελέτη μελετῶ,* aliique qui

---

15) Ad Il. V. 202. *τὰ μετὰ συμφώνου δισύλλαβα ὀξύνεται τῷ ο παραληγόμενα εἰ γένοιτο ἀπὸ ῥημάτων τῷ ε παραληγομένων μόνῳ οἷον στροφή, ῥοπή, ὁλκή, φορβή· προςέθηκα τῷ ε παραλ. μόνῳ, ἵνα ἐκφύγω τὸ πόρπη· τοῦτο γὰρ παρὰ τὸ πείρω.* At hanc barytonesis causam non esse ostendunt *φθορά, σπορά.* Laconicum *μόρα* (nam sic ubique scribitur, non *μορά* ut EM.) gravatur ob ellipsin vocalis ut *δέρη, χρόα.*

16) Nempe nonnulla transeunt in verba primae declinationis *ἠχή, λυπή, φωνή, πτοία, ἐρωή, λαλαγή, ἰαχή, στοναχή, καναχή.* Sed regula vincit: *ὁρμῶ εἰ μὲν ἐστι δευτέρας συζυγίας, ἀπὸ τοῦ ὁρμή· εἰ δὲ πρώτης, γίνεται ἀπὸ τοῦ ὅρμος* Epim. Cram. I. 320.

in EM. hic illic interloquuntur *σιγή σιγῶ*, *αὐδή αὐδῶ*, *ἄρπη ἀρπῶ* p. 148, 18. et qui omnes auctoritate praeeminet Herodianus Anecd. Bekk. 1289. *τὸ ἀμιλλῶ καὶ λυσσῶ ἔχουσιν ὀνόματα προϋποκείμενα τὸ ἅμιλλα καὶ λύσσα.* Inde fluxit canon generalis in EM. 131, 49. *ἡνίκα ἰσοσυλλαβεῖ τὰ ῥήματα τοῖς ὀνόμασιν, ὀξύνεται δὲ ἢ βαρύνεται τὰ ὀνόματα, τὰ δὲ ῥήματα περισπᾶται, τότε ἐκ τῶν ὀνομάτων παράγονται τὰ ῥήματα μόνος μονῶ, χρυσός χρυσῶ, ἄπορος ἀπορῶ*, quae licet ex alio genere repetita sint, tamen non dubium relinquunt quid ille de femininis senserit. His igitur auctoribus et quia naturae consentaneum videtur ut productiora oriantur a minus longis, viro doctissimo, quem paullo ante appellavi, adjicere non possum. Nam *αὐδή*, *ἠχή*, *σιγή*, *σιωπή* caeteraque id genus non a verbis circumflexis sed ipsa verborum circumflexorum principia esse statuo perinde ut barytona *νίκη*, *λύπη*. Ac nonnullorum etiam origo reddi potest et progressio *αὔω αὐδή αὐδῶ*, *χλίω χλιδή χλιδῶ*, *ἅπτω ἁφή ἁφῶ*, *τίω τιμή τιμῶ*, et barytonorum *ἄω* (satio) *ἄση ἀσῶμαι*, *ἀάω ἄτη ἀτῶμαι*, quae cur diversos acceperint accentus nunquam inventum iri spero, neque ea sermonis natura est ut omnia omnibus, paria paribus respondeant.

Quaestionum
civibus academicis
in hunc annum propositarum argumenta.

Facultas Theologica

quum ad doctrinam Augustanae Confessionis recte intelligendam ipsumque confessorum consilium perspiciendum plurimum intersit, ut eam doctrinam cognitam habemus, quae illo tempore, quo prima dissidia sec. XVI. orta sunt, in ecclesia imperavit, — postulat Ordo Theologorum: „ut ea doctrinae publicae forma, quae ineunte sec. XVI. in ecclesia Romana obtinuit, per omnes eas partes, quae ad explicandam dijudicandamque veram ecclesiae evangelicae sententiam apprime insignes videantur, accurate describatur et illustretur.“

Facultas Juris consultorum

inquiri jubet, qua vi ac potestate fuerit inter Romanos jurisconsultos vulgo jactatum neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse: juncta locorum ex fontibus juris Romani huc spectantium accurata explicatione.

Facultas Medicorum

explorandum proponit num ex finibus periphericis nervorum sensiferorum sensualitatis aliquid in nervos motorios redundet, nec ne.

Facultas philosophorum

tres trium disciplinarum proprias quaestiones promulgat

Historicam: Ex fontibus disquiratur, Schafarikii commentariis comparatis: num certo discrimine gentilicio Sarmatae et Slavi dignosci possint?

Philologicam: Verba et formulae apprecandi imprecandi et detestandi ex Comicis Graecis et Latinis colligantur et aestimentur.

Oeconomicam: Bona immaterialia sive interna, quae in Oeconomia politica tractautur, definienda atque determinanda sunt. Accuratius examinentur, quae Storchius et Sayius de his bonis disputaverunt; deinde quaeratur, num illis voluntatem, ut Gioja censet, et ea, quae ab Hermanno voce: relationum (Verhältnisse) designantur atque jura adnumerare liceat.

